CASSIODORUS

Zwettl 4. Viertel 12. Jh. Seite 97v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31639
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



mereretur. Eodem modo helyas suffugio se cor
poree refectionis abstinuit. Ipse quoque dns
totidem diebus ac noctibus ieiunauit ut nobis for
mam beate purificationis ostenderet qua
dragesime. Quin etiam ipsi docemur exemplo
Premittitur tempus abstinentie ut dilutis sor
dibus peccatorum ad resurrectionem dni puris men
tibus accedamus. Qua propter hec psalmum inter illa
iudicemus sacramenta repositum. que animas
nras celesti purificatione mundificant. ma
xime quando de elemosina propheta dicturus est.
que proprie noscuntur purgatio peccatorum. Legitur
enim. Sicut aqua extinguit ignem sic ele
mosina extinguit peccatum. Diuisio ps.

Primo ingressu propheta loquitur beatum predi
cans elemosine largitorem multiplici eum bene
dictione concelebrans. Secundo gloriosam dns suam memo
rat passionem. Tercio ad confirmandam spem fide
lium idem dns xps predicit propriam resurrectio
Beatus qui intelligit super egenum Inem
et pauperem. in die mala liberabit eum dns.
Hic iterum ypoteticus syllogismus hac ratione
resplendet. Si omnis beatus intelligit super ege
num et pauperem. in die mala liberat eum dns.
At tamen omnis beatus intelligit super egenum et
pauperem. in die mala liberat eum dns. Ypoteti
cus autem idem condicionalis syllogismus est qui ex con
dicionali propositione habens absolutam assump
tionem colligit conclusionem. Hec sequentia uideamus.
Secunda est species definitionis. que grece enoe
matice dr. latine noticio nuncupatur. Hec de
factis suis unumquemque quid sit ostendit. Dicit enim
quomodo peccata per operationes elemosinarum saluber
rimas expientur. ut possit beatitudo gloriosissi
ma repperiri. Suadebat nos eque dignitas
rei per locum communem aliquam facere digressionem
ut reconciliatricem humani generis elemosinam
laudare deberemus. Sed quoniam multorum patrum
sanctissimo atque eloquentissimo ore celebrata est suffici
at ad eorum libros audientium corda remisisse ut
et illorum desiderium uberius expleatur. et nos ceptum
opus iuuante dno nauiter impleamus. Sed licet
multi patres de hac re plura conscripserint.
oritur tamen inter eos de hoc articulo nonnulla dissen
sio. Legitur enim. Omni petenti te tribue. Scriptum est
etiam. Desudet elemosina in manu tua. donec
inuenias iustum cui eam tradas. Sed si omnes iustos
querimus. imperatam constringimus largitatem. Ue
rum hec causa in sola pia uoluntate consistit. quia
non est nostrum prius mores discutere. et sic indigentie
subuenire. Sufficit nobis ut nos dare aliquid
malis artibus nesciamus. nec opiniones hominum
captando elati elemosinam largiamur. sed operemur
solo affectu subueniendi. quod nos supra omnia
precipit diuinitas intueri. qui sic dederit. et si
iustis non det. iuste tamen omnibus erogabit. Sed ma
ior opera danda ut sanctis uiris in aliqua indigen
tia subuenire debeamus. propter xpm dnm nrm.
qui de pauperibus suis in iudicio proprio dicturus est.
Quod fecit uni ex minimis istis mihi fecit. Quid enim
dici potest sublimius quid ve gloriosius. quando aut ipsi
pretermissi in ignem dirigunt aut remunerati
nos ad dexteram collocabunt. Sed aduerte quod
dicit intelligit ut etiam non pe- tentibus talibus
offeratur. nam qui petenti tribuit. bonum opus efficit.
Qui uero tacentem intelligit. beatitudinem sine
aliqua dubitatione conquirit. Addidit. In die
mala liberabit eum dns. Dicit quidem iudicii signi
ficat. Sed aliquos mouet quod eam frequenter mala dicit.
Omnis homo malum et formidabile iuste sibi dicit
esse iudicium. quia peccatoribus debita pena suspec
ta est. Nam et si eius miseratione liberemur. uigo
rem tamen iudicii ipsius recte pauescimus. Dns con
seruet eum et uiuificet eum et beatum faciat eum
et emundet in terra animam eius et non tradat
eum in manus inimici eius. Peticio ista propheta cer-